



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Thiemo Ep. Mart. 28. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

28. Sept. VITÆ SANCTORUM. 605  
strâ gloriamini, dicite, cur est dissimilis?  
Ex Surio.

Non solum à gravibus peccatis tempora,  
sed etiam ab illis, quælevia apparent, quæ  
ferè negligi spernique solent quasi nulla de-  
similibus reddenda foret ratio, cum per  
eiusmodi etiam nos perdere soleat diabolus.  
S. Ephrem c. de Temperant.

S. THIEMO EP. MART.  
28. Septembris.

Natus in illustri Bojorum familiâ  
THIEMO, & in sinu sociorum D.  
Benedicti educatus, literas omnes à pri-  
mis annis imbibit. Addidit deinde pin-  
gendi fingendique & cælandi artes. Tam  
doctum ille artifex dæmon penè fecellit,  
cum fugam è cænobio persuasit. Sed ac-  
cepit ignominiam reversus mox novâ  
victoriâ obruit, &c, ut hanc probari  
à superis scires, in sequente nocte per  
somnum victori sibi deferri insulam Sa-  
lisburgensem & Martyrum palmam vi-  
dit. Nec multò post moriens Gebhar-  
dus Pont. heredem THIEMONEM di-  
xit. Sed involavit in hanc Pseudoepisco-  
pus Berchtoldus, qui pro Imp. Henrico  
contra Pont. Greg. stabat. Hic capti-  
vo THIEMONI spem insulæ aufere  
cum capite voluit. Sed aut exerravit  
gladius, aut duriorem se cervicem de-  
prehendit. THIEMO modò palmam  
pre-

606 VITÆ SANCTORUM 28. Sept.  
prehenderet, facile infusam missam fa-  
cturus, elapsus è carcere Hierosolymam  
unà cum Guelfone petiit. Sed à Turcis  
captus, cum statuariam artem professus  
set, iussus est truncum & deformatum  
Mahometis simulacrum splendori pri-  
stino reddere. Hic TH E M O inalleum  
aliaque artis instrumenta petere; mox,  
ubi hæc ad manus fuere, celebre &  
oraculis illustre idolum in mille alias  
partes deformare, numquam doctius  
arte suâ usus. Nec proemium artifici  
suo desuit, scuticis toxicatis cælo,  
omnibusque membris trunco venter dil-  
cissus, baculoque implexa iyla sede suâ  
cum corde evulsa. Reliquit tamen opus  
immortale post se, & quale nullum  
Praxiteles. Ex Bayar. Sanctâ.

*Beatus qui sanctitatem ut lucem diligit,  
& tenebris diaboli operibus non inquinat  
corpus suum in conspectu sanctissimi Dei  
nostræ. Beatus qui corpus suum servatori  
custodit, & malis operibus non contaminat  
animam suam, sed gratus manet in Do-  
mino Deo suo. S. Ephrem. in Beatitud.*

S. WENCESLAUS M. 28. Septembrio

**D**isparis educationis dispare exitus  
vide. Erant WENCESLAUS &  
Boleslaus germani fratres, Bohemiæ u-  
terque Dux: sed illum avia Lud milia  
sanctissima matrona, hunc monstrum  
muliæ-